Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26011
Copyright: Admont, Benediktinerstift



86

uita in semetipso habere non poterit. Sic ipse dns ait. Nisi quis manducaue rit meam carnem. et biberit meum sanguinem. non habebit uitam in semetipso. Sed quia ipse cibus iniudicium eueniet. sic apls dicit. qui manducat et bibit indigne. Id est filius isrl subaliter ppiatam commutari testamento. Manna enim illis erat diuina precepta pacatum uobis. uermes effecti s. idest caumatis ultores et indices. Que similitudo xpm indicat dnm. quem qui suauem cibum et dulcem potum haurire neglexerit. iudicem paciet. sic ipse ait. Neque enim pater iudicat quemquam. sed omne iudicium dedit filio. Qd et ait dicens. diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestem meam miserunt sortem. hoc factum in euangelio reperimus. qd milites. iiii. qui crucifixerunt saluatorem. in quattuor partes eius sibi diuiserunt uestimenta. Vestimentum et qd assutum non erat. sed erat desuper contexum sorte peperunt. Que igitur ista uestimenta sunt uideamus. qui milites qd duo aia uestimenta. Vestimenta et puto scripturarum ppheciae et testium lectiones. quibus xpi dni adnunciatum est sacramentum. Quas pphecias uniuersi canentes. et unum omnia adnuntiantes aduersarii saluatoris. hoc est puerili heresi sunt. quotidie in illo tanquam milites manus impias ingerunt. hoc est sua sibi diuidunt uoluntate. et uni corporis uestimentum puaria membra distribuunt. atque spoliantes dnm sua falsa dogmata uestierunt. Vestimentum autem eius qd non erat consutum sapientia et celestem possum apparere. quia erat desuper contextum. Nra enim sapientia hoc est humana est. adsuetum enim cum libros nros dum adstudia gramatis. tradimus philosophis erudiendos ut sapientia illis que non erat acquirat. Dni autem sapientia non assuta est. non quesita. non enim didicit a magistro. Sic ipsi iudei dicunt. quomodo hic litteras nouit. cum non didicerit. Et ipse ait. Mea doctrina non est de hoc mundo. sed